Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Nemo alieno nomine lege agere potest. Temporalis permutatio ius provinciae non innovat. Nemo pedo est qui precium numeravit. Acquisivit non est factus. Cum de lucro duorum queritur melior est causa possidentis. Nichil dolo creditor facit qui suum recipit cum principalis causa non consistit nec ea quidem que secuntur locum habent. Nunquam actiones presertim penales de eadem re concurrentes alia aliam consumunt. Non fraudantur creditores cum quid non acquiritur a debitore sed cum quid de bonis diminuitur. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest. Non omne quod licet honestum est. In stipulationibus id tempus spectatur quo contrahimus. Nemo videtur fraudare eos qui sciunt et consentiunt. Nemo dampnum facit nisi qui id fecit quod facere ius non habet. Non potest videri desisse habere qui numquam habuit ~~[illegible]~~

Regule iuris civilis sive ff. huius libri est hec

Omnia que cuiuscumque causae cognitionem desiderant per libellum expiri non possunt. Omnia que iure contrahuntur contrario iure pereunt. Omnia fere iura heredis perinde habentur ac si continue sub tempore mortis heredis extitissent. Omnis hereditas quamvis postea adeatur tamen cum mortis tempore continuatur numquam ex post facto crescit preteriti delicto extimatio. Omnes actiones que morte aut tempore pereunt semel inclusae iudicio salve permanent. Non videtur perfecte cuiuscumque id esse quod ex causa auferri potest. Omnia que ex testamento proficiscuntur ita statim eventus

locuplecior quam libertum